J. E. VOET,

MED. DOCT.

CATALOGUS SYSTEMATICUS COLEOPTERORUM.

TOMUS SECUNDUS.

J. C. Voet, M.D.

CATALOGUS SYSTEMATICUS COLEOPTERORUM.

TOMUS II.

Catalogue Systematique des

COLEOPTERES.

Tome 2

Systematische Naamlijst

van dat geslacht van INSECTEN

dat men

KEVERS

noemt.

II DEEL.

à la Haye chez G. Bakhuyzen

1866.

ORDO SECUNDUS.	ORDRE SECOND.	TWEEDE ORDE.
Genus primum.	*Premier Genre.*	*Eerste Geslacht.*
Armigeri.	Armiger.	Wapendragers.

TABULA I.			
	Pag.		Pag.
Fig 1 Forceps	2	Le pincur	2	De niiper	2
2 Frangens		Le craqueteur.		De kraker.	
3 Miles.		Le soldat	3	De soldaat	3
TABULA II.					
4 Serrarius minor . .	3	Petit scieur.		De kleine zager	
5 Serrarius major.		Grand scieur.		De groote zager.	
6 Ferox.		Le violent.		De geweldiger.	
TABULA III.					
7 Grassator.		Le brigand.		De stroper.	
8 Amazon.		l'Amazone	4	De amazone	4
9 Hussarus germanicus .	4	Le hussar allemand.		De duitsche hussaar.	
10 Bausa.		l'Escaladeur.		De stormloper.	
11 Hussarus cyloniensis.		Le hussar de ceylan.		De cylonsche hussaar.	
Genus secundum.		*Genre second.*		*Tweede Geslacht.*	
Cerambyx.		Capricorne.		Bokken.	
Prima Familia.		*Premiere Famille.*		*Eerste Familie.*	
TABULA IV.					
1 Cerambyx acernus. fem.	6	Capric. du sapin femelle .	6	Mastbok, wyf	6
2 Cerambyx acern. mas.		Capric. du sapin mâle .	7	Mastbok, man	7
3 Ceramb. acernus minor.		Petit capric. du sapin.		Kleine mastbok.	
4 Ceramb. parv. tigriformis	7	Capricorne tigré.		Klein getijgerde bok.	
5 Ceramb. niger gallicus.		Capricorne noir de france.		Zwarte fransche bok.	
TABULA V.					
6 Cerambyx anglicus.		Capricorne d'angleterre.		Engelsche bok.	
7 Ceramb. angl. maculosus.		Capricorne tacheté d'angl.	8	Gevlakte engelsche bok .	8
8 Ceramb. surin. macul.		Capric. pointillé de surinam.		Gespikkelde surin. bok.	
9 Ceramb. luctuosus . .	8	Capricorne en deuil.		Rouw-bok.	
10 Ceramb. surin. coeruleus.		Capric. bleu de surinam.		Blauwe surinaamsche bok.	
TABULA VI.					
11 Cer. luteus occid. reverb.		Le glacé jaune des I. occid.		W. I. geele glasse-bok.	
12 Ceramb. param. macul.		Capric. pointillé de param.		Gespikkelde param. bok.	
13 Ceramb. rubro-cingulo.		La bande rouge	9	Rood gebandeerde bok.	
14 Cerambyx citrinus.		Le citronnier.		De citroen-bok . . .	9
15 Ceramb. Afer . . .	9	La rouge patte.		Afrikaansche bok.	
16 Ceramb. succinctus.		Capricorne bandé.		Gebandeerde bok.	
TABULA VII.					
17 Cerambyx zonatus.		Capricorne à l'écharpe.		De band-bok.	
18 Ceramb. nebulosus.		Capricorne varié.		Gewolkte bok.	
19 Ceramb. obscurus.		Capricorne obscur.		Donkervlakkige bok.	
20 Ceramb. marmoratus.		Capricorne marbré . .	10	Gemarmerde bok.	
21 Ceramb. maculatus		Capricorne tacheté.		Gevlakte bok	10
22 Ceramb. chrysoprasus .	10	Capricorne chrysoprase.		De groenvlak.	
TABULA VIII.					
23 Ceramb. lugubris.		Capricorne sombre.		Donkerverwige Bok.	

30	——— melan. leuc.	11	——— deuil.	Het ligte rouw Bokje.
	TABULA IX.			
31	Cerambyx futuralis.		Le grand deuil.	De zwaare rouw Bok.
32	——— miliaris.		Capric. pointillé.	Gestippelde Bok.
33	——— ypsilon.		——— gris	12 De grijze Bok.
34	——— undatus.		——— ondulé.	Chineesche letterbok.
35	——— pictus.		——— cardinal.	Konings rouwdrager . . 12
36	——— cephalofes.		——— têtu.	De eikenhoute Bok.
37	——— speciofus. .	12	——— prince.	De staatsie Bok.
38	——— alpinus.		——— des alpes . . .	13 De alpenaar.
	TABULA X.			
39	Cerambyx testudo.		Capric. tortue.	China schildp. kwastdrag.
40	——— spectabilis.		——— velouté.	Groote platbeen . . . 13
41	——— ochropus.		——— à cuisse jaune.	Kleine platbeen.
42	——— auricomus, m.	13	——— doré, mâle.	Goude platbeen, man.
43	——— auricomus, f.		——— doré, femelle .	14 Goude platbeen, wijf.
	TABULA XI.			
44	Cerambyx aurantius.		Capric. orangé.	Oranje bonte amerikaner.
45	——— lanius.		——— ensanglanté.	Rood bonte amerikaner.
46	——— notatus.		——— noté.	Olijfkleurige Bok . . 14
47	Melanocephalus.		——— le rosier.	Roose-houte Bok.
48	Virgo.		——— à tête noire.	Appelbloesemkleurde Bok.
49	A. Fasciatus	14	——— à bande . . .	15 De witte banddrager.
49	B. Magnificus.		——— magnifique.	De witte japoneeser.
	Secunda Familia.		*Seconde Famille.*	*Tweede Famillie.*
	TABULA XII.			
50	Longimanus.		Capric. à longues pattes. f.	De tapijt-bok, wijf . . 15
	TABULA XIII.			
51	Longimani, femina.		Capric. à longues pattes. m.	Tapijt-bok mannetje.
52	Cœrulescens.		——— bleuatre . . .	16 Het agte Bokje.
53	Rubiginosus.		——— rouillé.	De geelvlak.
54	Stigma	15	——— à huit points.	De witvlak 16
55	Carinatus, mas.		——— ridé, mâle.	De gerimpelde, man.
56	Carinatus, femina		——— ridé, femelle.	Gerimpelde, wijf.
	TABULA XIV.			
57	Thomae		Capric. de St. Thomas.	St. Thomas Bok.
58	Armatus.		——— armé	17 De geelvoet Bok.
59	Horridus.		——— Herisson.	gedoornde Bok . . . 17
	TABULA XV.			
60	Cinctus	16	Le baudrier.	Rosbandige Bok.
61	Notatus.		Capric. noté.	Gestempelde Bok.
62	Punctatus.		——— pointillé.	De stippel-rug.
63	Flavi macula.		——— tacheté	18 De geelvlak.
64	Tigris		——— lynx.	Getijgerde Bok . . . 18
65	Bimaculatus.		——— à taches doubles.	De tweebelue vlak.
	TABULA XVI.			
66	Africanus	17	l'Africain.	Afrikaensche Bok.
67	Tristis.		Capricorne sombre.	De droevige.

72	Pethiopus.				Gemaakte Bok.
73	Aethiops	18	Le noir		De zwarte Bok.
74	Fuliginator.		l'Ovale cendré	2-	Asgrauwe Bok.
75	Castaneus.		Le castagneux.		Castagne bruine . . . 20
76	Fasciatus.		Le strié		De gestreepte.
77	Pulcher.		Capricorne verd & noir.		De groene en zwarte Bok.
	Tertia Familia.		*Troisième Famille.*		*Derde Famillie.*
	Lepturæ.		Les Daims.		Rhee-Bokken
78	Scalaris.		Le branchu	21	De takvleugel.
	TABULA XVIII.				
79	Bifasciatus	19	Capric. à deux bandes.		De dubbelband . . . 21
80	Globifer.		La nourrice.		De geborste.
81	Melanocephalus.		Le cap more.		De Moorekop.
82	Linearis	20	La ligné	22	De verlengde.
83	Jecasthus.		Le cul noir.		Het zwartgatje.
84	Aureolus.		Le bel œuil.		De goutborst.
85	Crassus.		Le gros.		De dikke.
86	Longipes.		Le jambé.		Langbeen 22
	TABULA XIX.				
87	Sulphuratus.		Le souphré	23	De zwavelvlak.
88	Dasypus.		La patte velue.		De Ruigpoot.
89	Arcuatus	21	Le arqué.		De kromstreep.
90	Trilineatus		Le trilligné.		De driestreep.
91	Ziczac.		Le ziczac.		De ziczac 23
92	Detritus.		Le quadripoint . . .	24	De doffe.
93	Nigro fasciatus.		La livrée.		De zwartband.
94	Arietis	22	Le belier.		De ram.
	TABULA XX.				
95	Pulchricornis.		La belle antenne.		De schoonhoorn.
96	Præpes.		l'Alerte.		De snelle bok.
97	Rubricollis.		La rouge col.		De roodhals.
98	Virens.		Le verdet.		De groenagtige . . . 24
99	Simplex.		Le simple	25	De eenvoudige.
100	Longicollis.		Le col-long.		De langhals.
101	Obesus	23	Le gros.		De dikke bok.
102	Biangulatus		Le chevronné.		De dubbelhoekige.
	TABULA XXI.				
103	Histrio.		Le marmoudet.		Arlequin.
104	Argus.		Argus	26	Argus 25
105	Nigripes.		La patte noire.		De zwartpoot.
106	Serraticornis.		l'Antenne en scie.		De zaagspries.
107	Verrucosus	24	Le pustule.		De wrattige.
108	Sex maculatus.		Le six point.		De zesvlak.
109	Scutifer.		Le bouclier.		De schildsdrager.
110	Longicornis.		Le cornu.		De langhoorn 26
	TABULA XXII.				
111	Latithorax.		Le dodu	27	De breedborst.
112	Didymus.		La nourrice.		De tweeborst.
113	Dromas.		Le courier.		De postbode.

Fig.		Pag.		Pag.		Pag.
114	Petiolatus	24	La demoiselle	27	Het juffertje.	26
115	Morio	25	Le more bossu.		De bultige moor.	
116	Pedisequa.		Le page.		De page.	
117	M l.s.		Le cadet	28	De cadet	27
118	Grifeo albidus.		Le gris.		De grijze.	
	TABULA XXIII.					
119	Eques.		Le chevalier.		De ridder.	
120	Rufus.		Le moine.		De munnik.	
121	Cardinalis	26	Le cardinal.		De cardinaal.	
122	Cardinalis, mas.		Le cardinal, mâle.		De cardinaal, man.	
123	Episcopus.		l'Evêque.		De bisschop.	
124	Quadrimacula.		Le quadritaché	29	De Viervlak	28
125	Plumifer.		Le porte plumet.		De pluimdrager.	
126	Fuscus.		Le brun		De Roestkleurige.	
	Quarta Familia.		*Quatrième Famille.*		*Vierde Familie.*	
	TABULA XXIV.					
127	Spinifer	27	Le porte épine.		De doornbok.	
128	Spinifer, femina.		Le porte épine, femelle.		De doornbok, wijf.	
129	Lugubris.		Le majestueux	30	De staatige	29
130	Erythrophthalmos.		l'Oeil rouge.		De roodoog.	
131	Armatus.		Le perdrix		De patrijs-bok.	
132	Flavimacula.		La tâche jaune.		De livrij-bok.	
133	Plumipes.		La patte plumée.		De pluimpoot.	
	Quinta Familia.		*Cinquième Famille.*		*Vijfde Familie.*	
	TABULA XXV.					
134	Jöra surinamensis.		Le jota	31	De surin. jotadrager	30
135	Latidorsum nigrum, surin.		Le large dos.		De zwarte surin. breedrug.	
	Sexta Familia.		*Sixième Famille.*		*Zesde Familie.*	
136	Cerambyx serratus, am.		Le porte scie d'americq.		De americ zaagdrager.	
137	——— biserratus	29	La double scie.		De dubbelde zaagdrager.	
	Genus Tertium.		*Genre troisième.*		*Derde Geslacht.*	
	Stenocorus.		Le Stenocore.		Gemsen.	
	Prima Familia.		*Premiere Famille.*		*Eerste Familie.*	
I	Cephalotes.		Le stenocore marbré	32	De gemarmerde gems	31
II	——— minor.		Le petit stenoc. marbré.		De kleine gemarm. gems.	
III	Stenocorus varius.		Le stenocore varié.		De bonte gems.	
IV	——— striatus.		Le stenocore strié.		De gestreepte gems.	
	TABULA XXVI.					
V	Stenocorus belga major.		Stenocore hollandois.		De groote nederl. gems	32
	Secunda Familia.		*Seconde Famille.*		*Tweede Familie.*	
VI	Stenocorus belga flavus.		Stenocore jaune de la holl.	33	De geele nederl. gems.	
VII	——— belga minor.		Le petit stenoc. holland.		De kleine nederl. gems.	
VIII	——— germaniæ.		Le stenocore allemand.		De duitsche gems.	
IX	——— holland. nig.		——— noir holland.		De zwarte nederl. gems.	
X	——— brabantinus.		——— du braband.		De brabandsche gems.	
XI	——— maj. punctat.		Le grand stenoc. paintillé.		De groote gestipte gems.	
XII	——— parv. punct	31	Le petit stenoc. pointillé.		De kleine gestipte gems	33
	TABULA XXVII.					
XIII	Stenocorus viridis.		Stenocore verd	34	De groene gems.	
XIV	——— flav. min. holl.		Le petit stenoc. de la holl.		De kleine geele nederl gems.	
	Genus quartum.		*Genre quatrième.*		*Vierde Geslacht.*	
	Arundinari.		Le Joncivores.		Rietklevers.	
1	Arundinarius nitens.		Le brillant.		De blinkende rietklever.	
2	——— niger	32	Le joncivore noir	35	De zwarte rietklever	34
3	——— major.		Le grand joncivore noir.		De groote zwarte rietkl.	
4	——— grifeus maj.		Le grand joncivore gris.		De groote grauwe rietkl.	

PARS SECUNDA

ORDO SECUNDUS.

HIC ordo a priori differt pedibus, qui non quinis, uti ſupra, ſed quaternis articulis diſtinguuntur, æque in pedibus anticis quam poſticis. Non neceſſe duxi hoc ope Microſcopii repræſentare; quoniam pedes prioris Generis primi animalculi tam inſignes ſunt, ut nudo oculo hos articulos facile diſcernas. Alterum etiam diſcrimen a prioribus datur; nempe in his articulis tertius ille, in quo inſerta eſt ungula, diverſæ formæ eſt quam in priori ordine: Hic enim Articulus tertius in longe pluribus animalculis hujus Ordinis ab anteriore parte in duas partes fiſſus eſt: unde hic latior & amplior quam reliqui & ita comparatus, ut firmius incedant animalcula. Qua de cauſa reliqui pedum articuli plerumque etiam ſunt ampliores & ſubtus plani, & ad margines obſiti ſetis horrentibus, quibus tamquam pinnis quibusdam adhæreant foliis & corticibus arborum. In nonnullis ſpeciebus tantopere fiſſus eſt, ut primo obtuitu duo articuli videantur, & ungulam potius ſecundo quam tertio pedis articulo immiſſam dicas.

Quemadmodum vero in priori ordine ungula, cui adhærent ambo ungues, in numerum Articulorum relata eſt, ita etiam factum in hoc ordine: atque hæc diſtinctio abunde ſufficit ad diſtinguendos invicem ordines.

GENUS PRIMUM.

ARMIGERI.

Antennæ a baſi ad apicem ſenſim denſitate decreſcentes, & ante oculos in cranio poſitæ.

Oculi ingentes & extuberantes.

Maxillæ duæ, majores vel minores, prominentes.

Scutellum lumbare parvum inter elytra.

Huic generi multum convenit cum ſequentibus duobus, nimirum Cerambycum & Stenecororum: quippe omnes ſunt beſtiæ oblongæ antennis longiſſimis. A Cerambycibus tamen in eo diſtinguitur, quod in his antennæ ante oculos, in Cerambycibus vero tamquam in mediis oculis conſiſtant; a Stenocoris vero in eo, quod his competat dorſum planum & latum, Stenocoris vero rotundum. Quantum ad magnitudinem antennarum, variat ea pro lubitu; illud tamen plerumque conſtanter obtinet, quod Mares majoribus gaudeant antennis quam femellæ. Antennæ conſtant XI. articulis, quorum primus, (longus brevis ne ſit, haud refert) in cranio reſidet. Huic ſuccedit ſecundus, qui tanquam antennæ baſis eſt, & multo craſſior, & alterius figuræ quam novem reliqui; qui ſenſim tenuiores ac longiores efficiuntur. Oculi protuberant, maxima ex parte rotundi vel ovi formam referentes. In roſtro reperias duas acutas maxillas, quæ in nonnullis ſpeciebus peringentes, in aliis adeo minutæ, ut Cerambycum maxillas multum referant. Omnibus adeſt ſcutellum lumbare, ſed parvum.

1. FORCEPS.

INTER maxima, quæ equidem novi, Coleoptera, hoc animal refero. Etiam hujus generis majora quam hoc vidi; quorum elytra a poſtica parte non adeo in rotundum, quam quidem in planum deſinebant. Volſellæ, quibus roſtrum gaudet, admodum ſunt denſæ, & vehementes. Oculi, non ut in tabula repræſentantur, rotundi ſunt, quoniam animal ſuperne conſpicitur; ſed ovalem formam habent, & magnam illorum partem a latere conſpicimus. Admodum protuberant. Scutellum dorſuale prominentias quasdam habet; verum fieri poteſt, ut hujus rei cauſa ſit nimia hujus exſiccatio. Scutellum hoc dorſuale, quod ab utroque latere dentatum quodammodo eſt, acuto margine per totum corpus proclinatur. Elytra non admodum denſa, ſed corroborata ope crenularum tenuium. Articulus tertius bipartitus pedum anticorum major eſt quam mediorum & poſticorum. Vidi equidem; quorum hic articulus duplo major fuit quam hic delineatur.

Totum animal eſt furvo colore. In Cimeliis noſtratibus non admodum frequens occurrit; naſcitur in India Orientali.

2. FRANGENS.

Huic Armigero multum convenit cum ſequenti: verum capite, & antennis & volſellis minoribus, volſellis etiam interne non adeo veſtitis pilis luteis ſetoſis.

Oriuntur ambo ex India Occidentali, ſed, ut puto, ex diverſis Coloniis.

3. MILES.

Volſellis magnis ac robuſtis, quæ introrſum conſitæ ſunt ſetis horridis lutei co-

coloris, quo magis, credo, rei cujuſcumque tenaces ſiant. Caput majus quam præcedentis. Scutellum vero dorſuale dentatum eſt, ita tamen ut vix conſpici poſſit. In medio dorſo quadriformis apophyſis cernitur, tanquam lamina quadrata.

Totum animal eſt nitenter ſpadiceum: caput vero ejus & dorſum obſcurioris quam elytra coloris.

4. SERRARIUS *minor*.

Dubium videtur, utrum hoc & ſequens animal eadem ſit ſpecies, diverſæ tamen regionis in India Occidentali; an vero mas ſint & femina. Congruunt enim, quantum formam Corporis, & figuras, quibus ornantur, ſpectat. Differunt vero perquam magnitudine, præcipue quod attinet ad capita, & maxillas ſerratas, quibus inſtructum roſtrum eſt.

Figura totius animalis omnino plana eſt, elytra tenuia, furvo colore, & picta maculis luteis & alienigenis figuris, uti tabula docet.

5. SERRARIUS MAJOR.

Quod figuræ delineatæ addam, non habeo. Conferatur modo cum præcedenti, & diſcrimen apparebit. Maxillæ ſive forfices ſerratæ admodum robuſtæ ſunt, &, ſi ad hæc arma & acutas cuſpides ſeu ſpinas ad latus dorſualis ſcutelli reſpicias, facile conjicere licet, ſolere hoſtilem in modum graſſari, vel ab aliis ſæpiſſime appeti, adeoque, quo ſe defendat, indigere.

Colore cum priore congruit.

6. FEROX.

Maxillæ hujus ſpeciei non multo majores ſunt quam in nonnullis Cerambycibus. Non tamen ad Cerambyces pertinere, docent caput planius & imprimis oculorum figura. Scutellum dorſuale perinde eſt ac ſi ex crudiſſimo corio ſive ſcorto conſtaret. Elytra ſunt lævia. Quidquid externum conſpicitur, nigri coloris eſt.

Ex America.

7. GRASSATOR.

Scutello dorſuali dentato utroque a latere, & acuta præterea ſpina utrimque inſtructo. Elytris tenuibus, & horum unumquodque definit in acutam ſpinulam.

Integrum eſt fuſci coloris. Raro occurrit, & naſcitur in India Orientali.

8. AMAZON.

Æque elegans ac rarum! Maxillis haud ita magnis. Antennæ inſident duobus teretibus tuberculis ante oculos. Dorſum utrimque margine præacuto eſt inſtructum, conſitum ſpinis majoribus minoribusve: quo fit ut dorſum pla-

nius ac latius procurrat, ſuperne leviter tuberculatum. Capite & dorſo nigro Elytris vero, quæ præter ſolitum latiora ſunt, rubris & nigris maculis; verum quidquid nigri ineſt, in lumine ſolis accedit ad colorem Amethiſtinum: cujusmodi color etiam eſt antennis & cruribus. Ad extimam Elytra partem gaudent colore viridi nitide refulgente, & tenuiter ſunt tuberculata, ad inſtar corii crudi.

Inferne coloris eſt chalybis cæruleati. Ex America.

9. HUSSARUS GERMANICUS.

Animal totum nigri coloris; dorſo admodum tuberculato; & ab utroque latere ſpinato. Quaterni inferi articuli antennarum ſunt rotundi, reliqui vero ſerræ inſtar. Maxillæ parvæ, ſed latæ acutæque.

Totum animal nigrum eſt. Ex Germania.

10. BALLISTA.

A priori diſtinguitur imprimis ob antennas, multo craſſiores, quæque articulis ſuperioribus non ſerræ inſtar, ſed uniformes cum inferioribus, præterea craſſiſſimæ ſunt.

Cruribus etiam denſioribus quam prioris ſpeciei.

11. HUSSARUS CEILONENSIS.

Hoc Coleopteron, ut duo priora, totum nigri coloris. Antennis multo longioribus quam duæ priores ſpecies, quorum ſuperne & inferne articuli inſtar ſerræ, imprimis ab altero latere, mucronati. Oculi ſunt fuſci, admodum magni & protuberantes. Ab utroque latere dorſi ſpinæ hærent duæ, eæque ingentes, obcurvæ & latæ, eodem in loco, ubi reliquæ beſtiæ tuberculis inſignitæ ſunt.

Elytris tamen non ita denſis ac duris quam duorum priorum.

Ex ditione Ceilonenſi, ex Cimelio *Viri Nobiliſſim.* GRONOVII *Lugduni ad Rhenum.*

SECUN-

SECUNDUM GENUS.

CERAMBYX.

Antennæ longissimæ a basi ad apicem sensim decrescentes, non ante oculos, sed in oculis positæ

Corpus longum fere parallelogrammum.

HOC genus in se continet multas species diversæ formæ: quare commoditatis caussa in aliquot familias distinguere decrevi. Vix ulla est totius mundi regio in qua non aliquot hujus species occurrant, & quotidie illorum numerus augetur.

Omnes hæ bestiæ, quotquot ego novi, dum vermes vel erucæ sunt, in ligni materie vivunt, imprimis ligni viridi, eoque vescuntur: cui usui inservit caput densum ac durum, armatum maxillis acutis; quamquam reliquo corpore, tamquam annulis interstincto, tenuiori & molliori. Raro & non nisi casu hæc animalia sese videnda exhibent. Sunt quæ arbores perrodunt, alia vero vitam degunt inter arborem & corticem. Adulta vero cavitatem sibi faciunt aptam suæ metamorphosi, ex quo maxime loco facilius in coleopteron mutata corticem perforare & avolare possint. Neque vero etiam ad subeundam metamorphosin telam, instar aliæ erucæ, tutaminis causa conficiunt; Illæ enim sub nudo cœlo degunt; hæ vero bestiolæ tali tutamine non egent, quippe satis tutæ ac custoditæ ope ligni vel corticis, sub quo vivunt. In speciebus vernaculis nunquam reperiuntur duo diversi generis in uno eodemque genere arborum. Quercus, acer, ilex, Olmus, Pomus, aliæque arbores suas quæque habent species. Id quod aliis etiam in terris obtinere, perquam vero simile est.

Quo vero minus peritis generalis quædam idea metamorphoseos illorum nascatur, triplicem horum formam, cum erucæ, tum pupæ, tum Cerambycis ipsius exhibui.

Illi Cerambyces, quos sub prima familia collocavi, ab utraque parte dorsi apophyses seu spinas varii numeri habent.

Secunda familia itidem spinas seu apophyses habet; sed præterea distinguitur eo, quod extremitates Elytrorum sæpe tamquam accisæ sint semilunarem in formam; & ab utroque semilunari cornu instructæ sint spina.

Tertia familia nulla apophysi gaudet seu spina ad latus dorsi.

Quartæ familiæ dorsum ejusdem est figuræ ac tertiæ: excepto quod extremitas Elytrorum magis accedat ad secundam familiam.

Quinta distinguitur planitie totius corporis, imprimis dorsi.

Denique sexta, prodigiosa forma antennarum latiorum.

Horum Antennæ maxima ex parte longiores sunt quam aliis generibus; un-

decim autem articuli, quibus gaudent, ſuperius paulatim fiunt tenuiores, ſed etiam longiores. In aliis Coleopteris hæ antennæ ante oculos collocantur, ſed in hoc genere oculi, ſeu dicas, oculorum congeries, in modum ſemilunarem, ſtatuuntur in ambitu baſis antennarum: quo fit, ut antennæ ſpeciem referant, tamquam eſſent in ipſis oculis collocatæ & hac in parte diſtinguuntun etiam a Stenocoris, quibuſcum ceteroqui multum conveniunt.

Corpore ſunt oblongo, & plerumque a poſtica æque lato atque ab antica. Nonnullis adeſt ſcutum lumboideum, uti Scarabæis; aliis vero nihil hujusmodi adeſt.

PRIMA FAMILIA.

Dorſo laterali, vel tuberculato, vel ſpinoſo.

1. CERAMBYX ACERNUS.

HÆC beſtia, quamdiu eruca eſt, per totum fere annum, certe per æſtatem in aceribus degit. Eodem fere tempore inter corticem & ipſum aceris lignum ſimul reperi ipſe ego ex ovis modo excluſas, ſemi adultas, plene adultas, pupas, & ipſos Cerambyces. Eruca, quam repræſento Tabula III. N°. 1. lit. A. adulta eſt. Caput ejus multo craſſior denſiorque quam reliqua corporis pars, quæ molliſſima eſt. Caput eſt ſubfuſci coloris, reliquum corpus albi. Totum corpus quaſi annulis eſt compoſitum, quorum tres caput, undecim vero corpus circumdant; quorum annulorum levia veſtigia in ipſa pupa conſpicienda ſunt.

In roſtro duæ præacutæ maxillæ, ſeu forfices, ſeu dentes maxillares dixeris.

Ut primum hæc beſtia in eo eſt, ut metamorphoſin ſubeat, fit brevior ac denſior; excuſſa autem cuticula ſuperiori videbis pupam, a tergo conſpiciendam, ſub litera B. & inferne, ſub lit C. Et hanc melius ex figura, quam ex verbis cognoſces. In univerſum hæc pupa alba eſt & molliſſima; in eaque apparet poſitio ſex crurum & duarum antennarum longarum. Hæc, quam delineavi, pupa femina eſt: mares enim caudis adeo longis non inſigniuntur. Poſtquam hoc ſtatu aliquandiu jacuit animal, nullo uſum alimento, iterum dimittit cuticulam; ac tunc inde reſurgit adultus Cerambyx, primo quidem mollis, poſt paucas vero horas ſiccatus ac durus. Tum ſtatim quærit ſocium, procreationi ſe ſubmittit, & ova imprægnata in rugis corticum ejuſdem generis arborum collocat, ac poſt paucas hebdomadas moritur.

Femina hujus Cerambacis repræſentatur N°. 1. Mas vero N°. 2. quia vero multum coloribus differunt, etiam adjectus eſt tertius N°. 3. Cauda longior femellæ inſervit emiſſario, cujus ope ova inter fiſſuras ac rimas corticum tu-

to

to in loco collocentur, & latice glutinoſo, qui ovis adhæret, cortici vel ligno conglutinentur. Femina præterea cognoſci poteſt antennis brevioribus. Masantennas habet longiores multo ac tenues; quin horum aliquot etiam longiores quam hic depinguntur. Dorſum illorum etiam diverſiore modo tuberculatum eſt; & cauda multo brevior.

Femellarum antennæ ſunt eleganter diverſicolores, quemadmodum etiam crura atque elytra, eo quo depicta ſunt modo: plerorumque diſcolor forma conſtat ex colore chalybeo obſcuro & nitido: alia vero multum trahunt ex colore badio, nitido & obſcuro commixto.

Hæc ſpecies æque occurrit in ditione Surinamenſi & Germania, atque in Belgio, ubi aceres creſcunt.

4. CERAMBYX PARVUS TIGRIFORMIS.

Nonnihil hæc beſtiola congruit cum præcedentibus; ſed minutula eſt, ac propterea bis exhibita, primo ſub naturali forma, ſecundo prout ope microſcopii conſpicitur. Raro hæc ſpecies occurrit, & plerumque adfixa palis ligneis vel aſſeribus. Dorſum denſe obſitum eſt tuberculis. Antennæ crura, & elytra eleganter ſunt diſcoloria ope macularum nigrarum variæ magnitudinis, quarum fundus coloris eſt cinerei. Capite & dorſo nigris.

In Belgio.

5. CERAMBYX NIGER GALLICUS.

Quod huic animali delineato addam, non habeo, excepto quod ex hac ſpecie aliud etiam oſtenditur, cui multo longiores antennæ ſunt, ac cujus tubercula, a latere dorſi, magis acuta; qui fortaſſe hujus mas erit.

Ex Gallia & Germania.

6. CERAMBYX ANGLICUS.

Haud multum ab antecedente differt, niſi antennarum colore & longitudine: magnopere vero convenit illi cum prioris mare, quantum ad formam.

Ex Anglia.

7. CERAMBYX ANGLICUS MACULOSUS.

Formâ hæc parum differt a priori, ſed antennis gaudet diſcoloribus & per totum corpus maculoſa eſt.

Ex Anglia.

8. CERAMBYX SURINAMENSIS MACULOSUS.

Hæc femina eſt: mares enim antennis longioribus inſtructi ſunt. Per caput & dorſum prætenduntur lineæ lutei coloris; elytra autem ſunt irregulariter luteis ſpiculis ſeu maculis interſtincta in fundo viridi nigro.

Ex Surinamenſi.

9. CERAMBYX LUGUBER.

Hujus generis duo ſunt, qui forma quidem, ſed non magnitudine conveniunt; quippe hic altero tanto major eſt illo. Horum alter fortaſſe femina eſt, multo brevioribus antennis; quorum medii articuli omnium ſunt longiſſimi, ad ſupremam vero partem plani, quum contra articuli alterius ſint rotundi, ſupremi vero longiſſimi. Totus niger eſt.

10. CERAMBYX SURINAMENSIS COERULEUS.

Elegantis hujus beſtiæ crura & antennæ ſunt nigræ. Poſtica dorſi pars badio colore, reliqua pars cyaneo, & eleganter ſplendente.
Ex Surinamenſi ditione.

11. CERAMBYX LUTEUS OCCIDENTALIS REVERBERANS.

Splendor elegans ac refulgentia egregii hujus animalis coloribus ſuis depingi non poteſt. Color ejus rufus eſt ac ſplendens, ac prout radii ſolares incidunt, argentei coloris candorem edit. Dorſo tuberculato, elytris nonnihil coſtatis. Tuberculorum aculei nigri ſunt, atque elytra, uti & infimi antennarum articuli, eleganter ac regulariter maculis nigris diſtincta.
Ex Occidenti.

12. CERAMBYX PARAMARIBOUS MACULOSUS.

Figura omnia exhibet quæ dixere poſſum. Tantummodo hoc addam, hujus ſpeciei individua inter ſe multum differre longitudine antennarum, ac diverſa magnitudine atque irregularitate macularum lutearum.
Ex Occidentali India.

13. CERAMBYX RUBRO-CINGULO.

Super elytra hujus nigri fulgentis animalis prætenduntur quinque confracta badii coloris cingula; ſed horum cingulorum magnitudo & forma in ſingulis individuis itidem diverſa.

14. CERAMBYX CITRINUS.

Mares & feminæ, uti in reliquis obtinet, antennis longioribus brevioribusve invicem dignoſci poſſunt: excepto quod feminis ad ova portanda paullo ſint latiores quam mares.

Elytra mollitie & tenuitate præ reliquis excellunt. Totum animal ex viridi ſplendens; in nonnullis tamen renidet quid ex fulgido ære. Quamdiu eruca eſt, ex filicibus Belgicis vivit; ſimulac vero fit coleopteron, magnopere odorifer eſt, & procul etiam citrini mali odorem refert.

15. CI-

15. CERAMBYX AFER.

Cerambyx iſte, citrino paulo minor, totus viridis eſt: femora vero rufa; in aliis par pedum anticorum & mediorum, tibiæ poſticorum nigræ, ut & antennæ. Variat antennis longioribus, vel minus longis, & in quibusdam femora dentata. Habitat in Africa.

16. CERAMBYX SUCCINCTUS.

Color hujus, qui Americam patriam agnoſcit, totus pulcherrime caſtaneus nitens faſcia flava in medio; tibiæ tarſique flava; antennæ corpore duplo longiores: Americæ incola eſt, ut & ſequens.

17. CERAMBYX ZONARIUS. Tab. VII.

Simillimus præcedenti, aſt faſcia pallidior & anguſtior, thorax ut in præcedenti; ſed rugoſior: antennæ breviores, femora magis fuſca; forſan femina.

18. CERAMBYX NEBULOSUS.

Maxillis ſolito majoribus eminet hoc animal, cui elytra carinata, atque caput tribus carinis ornatum, quod tamen in hocce genere raro videre eſt; totum corpus griſeo caneſcens maculis nigris, ocraceisque nebuloſum: antennæ ſeſquilongiores. Habitat in India.

19. CERAMBYX OBSCURUS.

Rariſſime in muſeis obvenit hæc ſpecies: teſtacea ſunt elytra faſciis tribus oleaceis; caput ſuperne viridi oleaceum; femora cœruleo viridia, ſive thalaſſina; antennæ ſetaceæ longitudine corporis: ex India.

20. CERAMBYX MARMORATUS.

Singularis hæc ſpecies, capite rotundiore pedibusque tenerioribus; thorax rugoſus, rugis duabus luteſcens antice cingulo nigro; elytra ex luteo nigroque marmorata. Ubi habitet, mihi latet.

21. CERAMBYX MACULATUS.

Animal mediæ magnitudinis, totum nigrum, faſcia aurantia in mediis elytris, maculis tribus teſtaceis flavo marginatis, prima ad baſin, altera ad faſciam, ultima, quæ major, ad apicem elytri: variat longitudine antennarum. Ex Coromandel advehitur.

22. CERAMBYX CHRYSOPRAS.

Totus ille aurantio ocraceus marmoratus, ſcutello thalaſſino, macula viride cœrulea prope apicem ad ſuturam elytrorum: femora viridia nitentia.
Habitat in Africa. Rarus obvenit.

23. CERAMBYX LUGUBRIS. Tab. VIII.

Pallide fuſcus, nigro punctatus, ad baſin cujusque elytri tuberculum calloſum lividum. Antennæ corpore majores, thorax lateribus vix ſpinoſus, ſcutellum minimum nigrum. Ubi habitet, neſcio.

24. CERAMBYX BICOLOR.

Pulchrum hocce animalculum antico corpore pedibusque rubro teſtaceum; ſed elytra poſtice nigra nitida, thorax rugoſus. Habitat in Germania.

25. CERAMBYX CAPENSIS.

Totus niger eſt abſque ullo nitore; quodque elytron quatuor habet faſcias rubras non coëuntes, caput & thorax nigra, faſciæ interdum luteæ.
Habitat ad Promontorium bonæ ſpei.

26. CERAMBYX HOTTENTOTTA.

Hocce animal præcedenti paulo minus caput habet nigrum. Thorax ruber eſt, elytra nigra cum aliquo vitore, faſcia rubra, dein duæ maculæ lineares, rubræ, quarum ultima ad apicem cujusque elytri.
Habitat ad Promontorium bonæ ſpei.

27. CERAMBYX QUADRIMACULATUS.

Niger eſt, haud tamen adeo obſcure quam Capenſis. Elytra maculis quatuor majoribus roſeis donata: pedes antici majores, craſſioreſque medius & poſticis. Habitat ad Promontorium bonæ ſpei.

28. CERAMBYX CRASSUS.

Hocce animalculum præcedentibus multo brevius, craſſiusque: caput & thorax cana; elytra villoſa, varioloſa, griſea, ut & femora, pedes cani, tibiæ ſpinoſæ, anticæ craſſæ, antennæ teſtaceæ. Habitat in India.

29. CERAMBYX DROMEDARIUS.

Rariſſima hæcce beſtiola, facilius ex icone quam verbis dignoſcenda, tota luteo ocracea, caput a congeneribus non abludit: ſed thorax plicis atque appendicibus ornatus, ita ut deſcribi non poſſit: elytra tribus magnis callo-

iositatibus insignia, quæ varioloſæ, antennæ longitudine corporis, primus articulus insigniter clavatus. Unicum hujus speciei animalculum adhuc notum in splendido museo D. L. JULIAANS *Pharmacopœi Ultrajectini* expertissimi conservatur, qui hoc ex Indiis accepit.

30. CERAMBYX MELANO-LEUCOS.

Parvus in hacce familia capite, thorace pedibusque nigris, elytris albis; a vertice ad elytra linea lata alba ducitur. Habitat in America.

31. CERAMBYX SUTURALIS. TAB. IX.

Hocce animal nigrum nitens, elytrorum margine interiore albo, unde tota sutura alba apparet: thorax globosus absque spinis; antennæ vix longitudine corporis. Habitat in Anglia.

32. CERAMBYX MILIARIS.

Hocce animalculum caput latius habet, quam in plurimis congeneribus, griseum ut & thorax, scutellum minimum, elytra apice rotundata, superne surva, ut & ad apicem, medio vero pallida, punctulis minimis albidis elevatis scabra: pedes nitent, antennæ longitudine corporis.
Habitat in America.

33. CERAMBYX YPSILON.

Nihil amœni in hocce animalculo. Thorax suberculatus spinosus fuscus; elytra grisea nebulosa, maculis duabus niveis y mentientibus, antennis mediocribus, primo articulo longissimo. Ex America septentrionali.

34. CERAMBYX UNDATUS.

Corpus griseum, breviusculum, fasciis duabus undalatis albis, ad quodque elytri latus macula quadrata nigra albo margine, pedes posteriores longiores.
Habitat in Indiis Orientalibus.

35. CERAMBYX PICTUS.

Hujus animalculi caput latum, thorax globosus spinis duabus lateralibus; totus pulchre ruber præter maculam thoracis nigram, ut & apex elytrorum & scutellum; pedes fusci, antennæ brevissimæ. Habitat in America.

36. CERAMBYX CEPHALOSES.

Caput huic solito crassius, thorax rugosus, bispinosus, elytra apice non coëunt: totus ater, obscurus, antennæ vix longitudine corporis, incola quercuum Brabantiæ & Gelriæ.

37. CERAMBYX SPECIOSUS.

Inter omnes eminet hicce Cerambyx, ex cinnamomeo nigroque varius, ita ut fasciæ maculæque lineares elytrorum depressiores sint, quam maculæ cinnamomeæ, thorax quadrispinosus, & in dorso duæ spinæ erectæ, immaculatus, ut & caput, oculi atri, quatuor primi antennarum articuli dense villosi, inferius nigri, superius pallide ocracei, cæteri quinque glabri minimi, pedes pallidi, color ater in elytris antennisque velutinus, non satis obscure in icone depictus. Habitat Surinami raro in Cimeliis Belgicis occurrit. Ex museo D. JULIAANS *Ultrajecti.*

38. CERAMBYX ALPINUS.

Hocce pulchrum animal caput & thoracem habet cinerei coloris, collare atrum, elytra cinerea maculis aterrimis quatuor albo marginatis, fasciaque aterrima undulata nigra, antennæ singulares, primo articulo clavato, cæteri petiolati cyanei, clava aterrima, femora cyanea apice nigro, tibiæ nigræ, tarsi cinerei. Habitat in Helvetiæ montosis, ut & in Gallia. Ex museo Viri Amplissimi GRONOVII.

39. CERAMBYX TESTUDO. TAB. X.

Hicce Cerambyx ob pulchram, qua ornatur, picturam spectabilis, æque ac ob antennarum singularem fabricam; caput atrum maxillis majoribus, thorax luteus fasciis longitudinalibus atris; elytra nigra nitentia maculis irregularibus luteis, pedes nigri breviores, quam in congeneribus: antennarum primus articulus niger clavatus, secundus, tertius quartusque lutei, abeuntes in globulum, ex pilis nigris constantem, cæteri, ut in aliis solent, setacei.
Habitat in India. Ex museo *D. Lib. Bar.* RENGERS.

40. CERAMBYX SPECTABILIS.

Eminet hic inter omnes tum antennarum pedumque conformatione, tum nitido, quo scatet, colore: caput enim & thorax viridi ænea, trispinosus thorax, elytra violaceo saturissimo fulgent, antennæ corpore plus duplo longiores, primus articulus cyathiformis, cæteri clavati, femora clavata, postica longitudine abdominis, crura crassa, compressa, lata; tarsi lutei.
Hos & India Occidentalis mittit.

41. CERAMBYX OCHROPUS.

Parvum quamvis hocce animalculum, haud tamen caret pulchritudine, quam Divus Creator adeo larga manu hisce donavit animalculis. Viride est, fasciis atris in thorace, atque fasciam nigerrimam in elytris gerit; femora omnia pulcherrime ocracea ad aurantium vergentia, postica majora, tibiæ tarsique nigra, ut & antennæ, quæ tenues. Surinami incola.

42. CE-

42. CERAMBYX AURICOMUS. *Mas.*

Inter longipedes Cerambyces eminet hocce animal tum fulgore elytrorum, quæ aureo margine circumdata quasi fuso ære nitent, tum pedum posteriorum longitudine atque conformatione. Caput, collum, thorax nigra; elytra aurea includunt fasciam longitudinalem atram, crura posteriora & tibiæ compressa longitudine corporis, crura media & anteriora clavata, antennæ longissimæ, spectabilis antennis tamen aliquantum minores; primo articulo clavato, secundo globoso, cæteri ut in congeneribus. Habitat Surinami.

43. CERAMBYX AURICOMUS. *Femina.*

Præcedenti adeo similis, ut pro varietate sexus merito haberi possit. Color idem, nisi quod color elytrorum magis in viridem vergat, thorax longior, antennæ pedesque breviora, medium par cruruni magis clavatum.

44. CERAMBYX AURANTIUS. TAB. XI.

Minor præcedentibus, totus ater maculis elytrorum sex aurantiis, ultimis ad apicem minoribus; elytra cæterum punctulis albis scabra, crura clavata.
Habitat in Indiis Occidentalibus.

45. CERAMBYX LANIUS.

Staturam habet præcedentis: caput atrum, thorax ruber, elytra nigra fascia sanguinea maculisque quatuor ejusdem coloris, antennæ corpore longiores nigræ, ut & pedes. Habitat in America, forsan Mas N°. 26.

46. CERAMBYX NOTATUS.

Rarissime occurit & ille, totus undique olivaceus: vertex maculam gerit albidam per frontem, thorax rugosus albo marginatus a latere, in quoque elytro macula magna nivea aterrimam excipiens; prope ad basin alia minor atra albo marginata, crura clavata; antennæ corpore longiores.

47. MELANOCEPHALUS.

Thorax & caput nigra, elytra rubra nitentia macula nigra, notata spinis thoraceis rubris, pedibus nigris; ex America.

48. VIRGO.

Indica hæc bestiola cinnamomei coloris caput habet rotundius, collum angustius; thorax prominentias habet duas mammiformes.
Habitat in India Occidentali.

49. A. FASCIATUS.

Pulcherrimus hicce Cerambyx thoracem gerit purpureum, elytra nitentia, fascia lata flava, antennis nigris, ultimis sex articulis flavis. Raro occurrit hoc animal. Habitat in Tanquebar.

49. B. MAGNIFICUS.

Duplo major præcedenti albus, villosus, Thorax striis tribus aterrimis, media bifurcata, elytris, fasciis duabus luteo aureis nigro marginatis ad basin punctis nigris, pedibus pallide ocraceis, antennis longissimis, articulo secundo nigerrimo: inter raros rarissimus. Habitat in India in ligno Campechiæ, unde vivus in Hollandia visus.

SECUNDA FAMILIA.

Separata est hæcce Familia a superiore acutis aculeis, sive spinis in extremis elytris: præterea istæ extremitates apparent, quasi resectæ, quum superioris familiæ Cerambyces pone rotundi sint.

50. LONGIMANUS. TAB. XII.

Maximus fere in hoc genere eminet tum coloribus ex nigro viridi rubroque, tum enormi pedum longitudine in maribus: crura nigra annulo rubro ornata sunt. Habitat Surinami.

51. LONGIMANI. *Femina.* TAB. XIII.

Hæc mare minor, nec pedes ita longitudine excellunt; primus articulus antennarum flavus, variat magnitudine, quam tabula exhibet inter minores. Habitat cum præcedente.

52. COERULESCENS.

Læte sed pallide coerulescit hæcce pulchra bestiola striis albis nigrisque pulcherrime exornata: pedes antennæque concolores; par tibiarum medium dilatatum & aculeo armatum. Habitat in Indiis.

53. RUBIGINOSUS.

Spectabilis hicce Cerambyx forma pedum anteriorum, totus cineritius, ma-

maculis rotundis ferrugineis septem in quoque elytro, tibiæ anteriores curvatæ, ad basin & apices elytrorum spina valida.
Habitat in Indiis Occidentalibus.

54. STIGMA.

Magnitudine & forma præcedenti similis, totus griseus, oculi magni nigri; ad quodque colli latus fascia atra, scutellum macula atra, maculæ sex niveæ in elytris bidentatis: antennæ cinereæ corpore longiores, crura fusca.
Habitat cum præcedente.

55. 56. CARINATUS. (*Mas.*)

Mira & in hocce animalculo elytrorum carina flexuosa: totum obscure cinereum, capite & thorace profundiore colore tinctis, elytra carinata carina flexuosa in dentem sive spinam terminata, maxillæ validæ, pedes & antennæ concolores, crura clavata. Habitat Surinami.

57. THOMAE.

Inter majores hujus gentis numerandus hicce Cerambyx: caput purpurascit, ut & primus antennarum articulus, thorax bispinosus cinereus, scutellum & margines elytrorum obscure aurantia, elytra nigra striis maculisque ferrugineis, pedes fusco cinerei, crura antica nodosa, tibiæ anticæ spinosæ, ad apicem mucrone incurvæ: antennæ maximæ, nigræ, articulo primo purpureo; secundo, tertio & quarto spinosis. Habitat in insula St. Thomæ.

58. ARMATUS. Tab. XIV.

Pulcherrimum hocce animal raro in museis obvenit. Caput rufescit, nitet; thorax spinis duabus validis armatus, superne papillis quasi duabus gibber, sordide ocraceus, elytra ad basin ultra thoracem producta in mucronem abeunt, sensim angustiora fiunt, haud tamen, ut huic generi sollemne est, abeunt in apicem rotundatum; sed emarginata, inde bidentata. Nigra punctulis minimis albis: antennæ longæ, crurum nigrorum apex una cum tarsis flavescit; pedum anticorum tarsi villosi: alæ flavæ.
Habitat in India Orientali.

59. HORRIDUS.

Notabilis hicce Cerambyx ob multas, quibus armatus est, spinas. Caput fusco rufum, gula flava, macula atra ornatur, thorax flavus, spinis duabus magnis, elytra spinis sat magnis horrida, fusco rubra: antennæ mediocres. Femina mari similis, præterquam quod tarsos primores villosiores habeat.
Habitat in India Occidentali.

60. CINC-

60. CINCTUS. Tab. xv.

Rarus iſte capricornus, in eo ſingularis, quod antennæ non in, ſed intra oculos cinctæ: frons tota villoſa, adeo ut maxillæ tegantur. Thorax duas gerit ſpinas breves, acutas, ſcutellum magnum: ſpinæ elytrorum parvæ: antennæ ſimplices, & mediocris longitudinis. Elytra flava, denſe villoſa; in eorum medio faſcia rubeſcens, lata, ſubtus inæqualis: thorax & caput ſulvo-furva, uti & pedes antennæque. Ubi habitet, mihi latet.

61. NOTATUS.

Pollicis fere longitudinis beſtiola caput habet ſubcœruleo nigricans, ut & pectus ſubſphæroideum, income quatuor maculis nigris: elytra ad apices armata, ad baſin griſea, collari nigro ornata, a medio ad finem caſtanea; macula lunari nivea notata. Americes incola.

62. PUNCTATUS.

Parvus hicce Capricornus pallide fulvo fuſcus, capite & pectore obſcurioribus. Loco ſpinarum duo tuberculi ad latera thoracis, qui ſuperne rugoſus. Elytrorum baſis nigro punctulata, latera nigreſcunt, ad duas tertias partes longitudinis faſciola transverſalis fuſca, ſpinulæ ad eorum apices vix viſibiles, antennæ corpore longiores. Ex Indiis Occidentalibus.

63. FLAVI MACULA.

Caput nigricans antennas gerit ſupra oculos poſitas. Thorax cœruleſcens ſpinis duabus obtuſis, ſcutellum cœruleſcens. Elytra apice ſpinoſa, emarginata, colore griſeo punctulis minimis, & quatuor maculis flavis parvis, majoribuſque fuſcis irregularibus. Antennæ corpore duplo longiores, femora ex nigro fuſcoque faſciata. Habitat in Carolina.

64. TIGRIS.

Inter pulcherrimos hujus phalangis eminet hicce, vertice & fronte albis, lateribus capitis nigris ſtria alba diſtinctis. Thorax griſeus ex flavo renitet. Elytra pallide cinerea ex fuſco-flavo renitentia ornantur, præſertim ad latera maculis magnis fuſcis. Antennæ ſpectabiles corpore longiores: pedes nigri. Ex India Orientali.

65. BIMACULATUS.

Parvus hicce Capricornus caput & thoracem oſtendit rufeſcentia, cœruleo renitentia: ſpinulæ thoracis compreſſæ. Elytra lateritia quatuor parvis maculis aureo flavis ornata, quarum duæ ad baſin ſibi proximæ, adeo ut quaſi modo lineola ſeparentur; duæ tales ad altitudinem femorum poſteriorum. Pedes lutei, ut & antennæ corpore ſeſquilongiores. Habitat in Antigua.

66. AFRI-

66. AFRICANUS. Tab. XVI.

Oculi eximii hujus Capricorni, solito majores, fusci: maxillæ pilis raris hirtæ: caput cinereum: thorax quadrispinosus spinis muricis: interne ornatur tribus fasciis elevatis fuscis longitudinalibus. Elytra smaragdina striis latiusculis nitentibus: pedes lutei læves, antennæ luteæ longitudine corporis.
Habitat in Africa.

67. TRISTIS.

Longe recedit a nitore præcedentis hicce Cerambyx Americanus, totus quantus nigro rubens striis quatuor nigris, in elytris duabus fasciolis atris connexis. Thorax duabus talibus lineolis præditus, unam & duo puncta monstrat caput, spinæ thoracis nullæ: sed elytra in validas spinas abeunt.
Habitat in America.

68. LUTEUS.

Hujus Cerambycis thorax inermis septem nigris maculis ornatus. Elytra, basi latiora, abeunt in spinulas duas argutas, duabus carinis elevatis albis ornantur, color cæterum totius animalis luteus. Ex Guinea.

69. STRIATUS.

Color & istius luteus, oculi magni flavi nigro circumdati, thorax quadrispinosus: elytra magis fuscescunt: in quoque elytro fasciæ duæ flavescentes, abeunt in spinas acutas. Pedes lutei, femora ad apicem gerunt spinam validam nigram: antennarum articuli tres priores subtus pilosi.
Habitat in Demerary.

70. GLOBOSUS.

Quæ sui generis sit bestiola, huc amandant tarsi & antennarum locus, color niger undique: frons a maxillis separatur lineola lutea, alia talis collum a capite separat: collum longum cylindricum, abdomen vero globosum: crurum par medium dente valido armatum: antennæ corpore sesquilongiores, primus articulus Cylindricus. Indiam incolit. In museis rarissima.

71. CARCHARIAS. Tab. XVII.

Inter maximos Europæ numerandus hicce Cerambyx: omnino unicolor griseus, punctulis nigris confertis in elytris: thorax cylindricus inermis: antennarum articuli omnes supra nigri. Forsan ille est, quem descripsit Goedart. *Tom. II Observ* 5. Habitat in Europæ silvis.

72. PETICHIZANS.

Hicce Americes incola oculos habet approximatos fuscos magnos: thorax

ci cylindricus rugosus; elytra basi gibbosa, postice rotundata, antice & postice gerunt punctula elevata, sparsa, nigra nitentia: elytra levia: color omnino fusco griseus: antennæ longitudine corporis rufescunt, pilis minimis rufis.

73. ÆTHIOPS.

Parvus hicce capricornus, elatorem mentiens, totus quantus nigro viridescens, thoracem & elytra habet inermia; obscure grisea: antennæ pertenues. Habitat in Indiis. Ex museo D. Rengers L. B.

74. FULIGINATOR.

Caput rotundum nigrum, thorax basi latior subspinosus, niger: elytra ovalia, pilis albis dense obsita, striis tribus albidioribus: pedes & antennæ nigra, antennæ corpore dimidio breviores. Habitat in Gallia.

75. CASTANEUS.

Parvus, thorax pulchre luteo castaneus, inermis, inferne latior: elytra ejusdem coloris; sed maculæ duæ subsphæreæ ad basin prope futuram, duæ aliæ majores prope apicem: pedes lutei, antennæ corpore sesquilongiores. Ex America.

76. FASCIATUS.

Oculos habet magnos nigros hicce Capricornus: thorax niger est, inermis fasciis griseis: elytra grisea, basi punctis maculisque atris, in medio pallide cynanea, dein fasciæ duæ transversæ nigræ, & ad apices striæ nigræ duæ obliquæ, pedes & antennæ fulvo fasciata; femina hæc est, mares minores. Habitat in America.

77. PULCHER.

Inter pulcherrimos recensendus hicce capricornus, statura N°. 22. convenit, sed minor; caput nigrum habet striis tribus viridibus, quarum laterales oculos ambiunt: thorax rotundatus, obtuse spinosus, ater striis tribus viridibus, quarum intermedia curvata, & in curvatura striga parva abbreviata viridis: elytra punctata basi denticulis duobus elevatis bruneatis, mucronata antice fasciis duabus, postice punctis numerosis sparsis viridi nitentibus, subtus nigro viridique variegata. Habitat in Africa.

TER.

TERTIA FAMILIA.

LEPTURÆ.

Pedibus anticis, posticisque tarsi tres.
Scutellum parvum quadratum.
Collum cylindricum inerme.
Elytra linearia flexilia.

78. SCALARIS.

LONGIOR cæteris hujus phalangis caput habet flavum, ut & thoracem, cui macula nigra trigona impressa: elytra ex flavo nigroque regulariter maculata: antennæ mediocres articulorum apicibus nigris, pedes flavi, extremitatibus nigris, tarsi penultimus articulus ferrum equinum mentitur, ut apud A cernitur, lente visus. Varietas datur viridis, sexus forsan. Habitat in Belgio.

79. BIFASCIATUS. TAB. XVIII.

Parvulus hicce capricornus ex cinereo nigrescit: thorax rotundus subglobosus, elytra albida substriata fasciis duabus fuscis; pedes & antennæ fusca. Habitat in Germania.

80. GLOBIFER.

Magnitudo eadem, quæ præcedentis; sed valde variat quoad structuram: caput pro mole minus, nigrum; thorax globosus nigro fuscescens, scutellum nigrum: elytra thorace latiora ad basin lutea, & dein ad apicem usque fusca, pars lutea a parte fusca ope fasciæ albæ distinguitur; alia talis fascia ad duas tertias partes a basi: pedes & antennæ flavescunt. Habitat in Helvetia & Flandria,

81. MELANOCEPHALUS.

Caput nigrum, magnum antennis nigris; thorax luteo flavescens, in cujus medio puncta duo atra: elytra latitudine thoracis longa flexibilia, nigricantia, corpus subtus pulcherrime aurantium, pedes flavi. Habitat in Europæ silvis.

82. LINEARIS.

Staturam habet præcedentis, sed paulo minor, totus ater nitens, pedes vero flavi: antennæ corpore dimidio breviores, nigræ. Habitat in silvis Europæ.

83. IÖCUSTHUS.

Ex minimis hujus gentis caput habet nigrum, thoracem nigrum ex luteo splendentem cylindricum, elytra linearia lutea, apice nigro: antennæ mediocres nigræ, pedes fulvi breves, femora intermedia & postica nigra; corpus subtus nigrum. Habitat in Hollandia.

84. AUREOLUS.

Paullo major præcedentibus, caput habet aurantium, oculis magnis nigris, nitidis: thorax citrinus basi coarctatus, elytra nigra nitentia, femora nigra, cruribus pedibusque flavis, antennæ longæ flavæ, tenues. Habitat in Europa.

85. CRASSUS.

Cerambyx hicce magnitudine ædilem æquat, aliquando paullo minor, caput parvum pro mole corporis, oculi nigri, thorax ellipticus glaber fuscus, in medio carina, ad latera maculæ duæ flavæ: elytra thorace paullo latiora fusca, gibba punctis sex ocraceis, femora & crura atra, pedes flavi, antennæ fuscæ, articulo primo crasso clavato, secundo & tertio longis cylindricis, cæteris setiformibus: ex Museo Viri Ill. Rengers L. B. Habitat in America.

86. LONGIPES.

Capite albo, thorace globoso punctis duobus lineolaque transversa fuscis: elytra alba fasciis irregularibus fuscis, corpus subtus fuscum, femora a basi ad medium fusca, dein pallide cœrulea, solito longiora, præsertim postica, quæ ejusdem longitudinis atque elytra. Antennæ corpore longiores, ex fusco cœruleoque variæ: articulus secundus primo quadruplo fere longior. Habitat in America. Ex museo Viri Ill. Rengers L. B.

87. SULPHURATUS. Tab. xix.

Hicce Cerambyx caput habet nigrum, ut & thoracem, qui cylindricus niger: elytra fusca, maculis duabus pallide sulphureis undatis: pedes nigri; antennæ corpore dimidio breviores. Habitat in Germania.

88. DASYPUS.

Hicce ad Lepturas accedens multis nominibus a Cerambyce differt. Caput parvum pro mole corporis, cataneum, ut & thorax globosus, cui parte poste-

posteriore maculæ duæ flavæ: elytra lævia flexilia castanea, basi punctis tribus, dein duæ lineolæ obliquæ apice coëuntes in mediis elytris, fascia angusta flava, apex flavus, femora nigra, crura tarsique aurantii coloris, subtus villo subtilissimo, nec nisi oculo armato videndo teguntur, uti in icone aucta ad literam B patet. Antennæ ab antennis Cerambycum abludunt, ut quæ constant articulis, quorum clava pedunculo caret: Vide A. Habitat in Europa.

89. ARCUATUS.

Parvus hicce Cerambyx pedibus donatur sublongis: color ubique ex nigro castaneus, thorax globosus linea in medio defracta terminatur: elytra, apice emarginata, basi habent puncta flava tria, quorum medium in sutura, dein quodque elytron fasciis tribus angustis incurvis flavis pictum: femora duorum priorum pedum parium nigra; sed par posticum totum ocraceum; antennæ ocraceæ corpore breviores. Habitat in Europa.

90. TRILINEATUS.

Magnitudine præcedenti æqualis, differt figura thoracis magis sphærica. Caput nigrum thoraci atro, lineis transversis tribus flavis picto, adjunctum. Elytra haud emarginata nigra gerunt lineas duas angustas antrorsum flexas, semilunares; dein alia retrorsum versa: pedes nigri, parvi. Habitat in Europa.

91. ZICZAC.

Pulcherrimus in hacce phalange caput habet compressum atrum, thorax medio latior niger, fasciis duabus luteis: elytra fulvo lutea, linea pallidiore in basi circumscripta; quam proxime sequitur linea undata flava, & post eam linea curva in quoque elytro: prope apicem duæ maculæ sulphureæ oblique positæ, pedes lutei, antennæ breves. Habitat in America.

92. DETRITUS.

Paullo major præcedentibus, caput habet flavum oculis luteis, thorax ovalis axe transverso majore; linea interrupta flava exornat colorem atrum: elytra apice emarginata nigra puncta gerunt in basi quatuor flava, linea prima a basi interrupta flavo ocracea, dein duæ aliæ retrorsum arcuatæ; antennæ pedesque lutea. Habitat in Europa.

93. NIGRO FASCIATUS.

Magnitudo Cerambycis arcuati, caput flavum rotundum oculis nigris; thorax globosus, flavus, fascia transversa lata nigra, elytra apice rotundata flava, fasciis quatuor atris velutinis, pedes lutei. Habitat in Europa.

94. ARIETIS.

Magis linearis antecedentibus, caput globosum, thorax sphæroidëus, utrumque nigrum immaculatum: elytra emarginata nigra arcubus albis, centro albo depicta; arcus ad scutellum se tangunt, dein fascia latiuscula alba, & apices elytrorum albi, pedes nigri. Habitat in Europa. Datur & varietas major flavo picta.

95. PULCHRICORNIS. Tab. xx.

Spectabilis hicce Cerambyx ob aterrimum, quo indutus est, colorem, qui in elytris maculis niveis exornatur: antennæ corpore longiores, albo nigroque pulcherrime variæ, pedes antici a mediis magis distant, quam in reliquis hujus gentis. Nescio, ubi habitet.

96. PRÆPES.

Viridi colore exornatus ubique, thoracem habet teretem: elytra subemarginata, pedes nigri nitentes, posteriores longiores, antennæ longitudine corporis. Habitat in America.

97. RUBRICOLLIS.

Caput ei nigrum maxillis majoribus; thorax globosus pulchre ruber: elytra rotundata viridi cœrulea, femoribus nigris, cruribus pedibus, antennisque luteis. Habitat in Germania.

98. VIRENS.

Hocce animalculum nobis in cardais vulgare corpus habet lineare subtus atrum: caput flavescit, & a vertice linea decurrit albido flavescens per thoracem cylindraceum nigrum: elytra viridia punctis nigris, postice emarginata: Europæ incola. Huic simile maculis flavis in ligustro habitat.

99. SIMPLEX.

Caput ei rotundum, thorax globosus, elytra linearia; color undique pallide brunneus: in elytris macula angulata nigra, antennæ in apicem tenuem abëuntes brunneæ, ut & pedes. Habitat in Helvetia.

100. LONGICOLLIS.

Singularis hicce, & ob colli longitudinem, antennarumque conformationem, Cerambyx colore griseo fusco in elytris brunneo nebuloso, maxillæ nigræ sat validæ, caput subconicum oculis concoloribus, quod singulare, collum longitudine dimidia elytrorum, valde rugosum, elytra apice emarginata, pedes nigricantes, tarsis subaculeatis; antennarum articulus primus cras-

crassissimus, fere longitudine capitis huic impositus globulus, gerens cæteros articulos minimos. Habitat in India.

101. OBESUS.

Inter exoticos maxime singularis hicce, capite antice plano, thorace cylindrico, nigris: elytrorum brevium nigrorumque fasciæ tres luteæ, latæ, transversales; pedes nigri, antennæ corpore sesquilongiores. Habitat ad Promontorium bonæ spei.

102. BIANGULATUS.

Proximus ille cerambyci simplici (N°. 99). Solummodo differt elytris integris nec emarginatis, & duplici macula angulata, antennisque paullo brevioribus. Habitat in Germania.

103. HISTRIO. TAB. XXI.

Ex minoribus hujus gentis, nec nisi armato oculo delineationem monstrans, caput cum thorace nigrum, elytra nigra, fasciis irregularibus ornata, quarum altera margines elytrorum non attingit, & tertia punctis duobus nigris notata: antennæ longitudine corporis, pedes ex flavo nigroque varii. Habitat in Europa.

104. ARGUS.

Crassus obesusque Cerambyx, parvus, niger, maxillas habet coccineas. Cæterum totus piceus, thorax cylindricus, in quoque latere ocelli duo sese tangentes irides ferrugineæ pupilla nigra: in elytris maculæ duæ subtrigonæ atræ, area ferruginea circumdatæ: antennæ longitudine corporis, & pedes nigrescunt. Habitat in Helvetia.

105. NIGRIPES.

Quoad structuram & lanuginem capitis ad attelabos accedit hæcce bestiola: caput antice villosum, rubrum, postice nigrum, thorax cylindricus aurantius, punctis duobus atris, elytra aterrima sutura & margine aurantia ornant animalculum, quod subtus & aurantium, plantis atris.
Habitat in Germania, rarior.

106. SERRATICORNIS.

Caput huic Cerambyci crassum, collum cylindricum inerme: elytra postice emarginata, color omnino pallide fuscus, fasciæ duæ longitudinales in thorace nigræ: elytra levissime punctulis nigris longitudinaliter digestis & maculata ad basin & apicem: antennæ corpore longiores, subtus spinosæ spinis minimis. Habitat in Europa.

107. VER-

107. VERRUCOSUS.

Caput habet rotundius præcedente, & thorax ei globosior: elytra non emarginata, sed verrucosa verrucis oblongis, color undique griseus, antennæ mediocres. Habitat in Europa.

108. SEX MACULATUS.

Caput habet grande aterrimum, thoracem globosum, capite minorem, elytra subtestacea maculis sex nigris, quarum in quoque elytro duæ superiores minores, postica major: antennæ mediocres, subtus totus niger.
Habitat in Germania & Hollandia.

109. SCUTIFER.

Magnitudo præcedentis: thorax & caput nigra, ut & pedes; elytra griseo flavescentia margine plano, antennæ mediocres. Habitat in Hollandia.

110. LONGICORNIS.

Capite donatur nigro, thorace globoso coccineo, elytris fulvis striis tribus elevatis, carinatis, subtus pedibusque coccineis, antennæ corpore longiores. Habitat in Germania.

111. LATITHORAX. Tab. XXII.

Antennæ, ut in pictura, ultimus articulus crassior, oculi elliptici antennis proximi, thorax absque margine; elytra granucata, ad apicem angustiora, femora postica crassa, tarsis tribus pedibus posticis anticisque, ultimo divaricato: color totius animalis fusco nigricans, thorace capiteque nigris, villosis, maculis duabus nigris: elytrorum maculæ griseæ.

112. DIDYMUS.

Caput huic latissimum cinereum, thorax latus, tuberculis duobus nitentibus; elytra castanea glabra, nitentia: antennæ corpore breviores, nigræ; femora clavata nigra. Habitat in Germania.

113. DROMAS.

Rarissimum hocce animal e Berbicensibus insulis oriundum, priori Hollandico affine; sed pedes longiores, & tarsi posteriores anterioribus majores: undique flave fucescit, elytra tamen, striis maculisque aliquot albis.
Ex splendido. Dom. Rengers L. B. museo.

114. PETIOLATUS.

Caput minimum atrum nitens, thorax, versus elytra latior, petiolo satis tenui

tenui corpori annectitur, elytra fulva, ſtria nigra ad elytrorum ſuturam, apicibus femorum in pari primo, alteroque, nigris: antennæ pedesque flaveſcunt. Habitat in Germania, Hollandia.

115. MORIO.

Totus hicce niger, thorace globoſo, elytris nigris ad baſin gibbis, ad apicem margine ferrugineo, antennæ craſſiores, femora clavata: Habitat in Germania. Hujus datur varietas paullo major, antennis brevioribus craſſioribus, ultimo articulo obtuſo, & alia minor nigra, femoribus fulcis, antennis obtuſis planis.

116. PEDISEQUA.

Hicce inter minores numerandus Cerambyx, capite & thorace globoſo præditus atris, humeros habet aurantios, faſcia incurva alba terminatos, pars elytrorum major tamen inde nigra, faſcia altera incurva notatur; corpus ſubtus nigrum, ut & femora: crura, plantæ, antennæ flava. Habitat in Europa.

117. MILES.

Hicce duplo major antecedenti caput habet cyaneſcens, oculos nigros, thoracem globoſum nigrum argute punctatum, elytra cyanea, pedes nigros, ut & abdomen, antennas cyaneas. Habitat in Germania.

118. GRISEO ALBIDUS.

Magnitudo eadem, quæ præcedentis: caput & thorax longiora fuſca, elytris thorace elliptico longioribus griſeis, faſciis duabus albis ornatis. Cuique faſciæ maculæ quatuor nigræ, pedes griſeo alboque varii, antennæ mediocres. Habitat in arboribus.

119. EQUES. TAB. XXIII.

Hicce ſpectabilis Cerambyx caput & thoracem habet viridi cinerea, maxillas ſatis validas, oculos fuſcos: thoracis margo luteſcit, & poſtica abit in ſcutellum ovale fuſceſcens, margine luteo; elytra griſea, nitentia, lineis elevatis duabus poſtice coëuntibus, pedes, antennæque magna, lutea. Habitat in America.

120. RUFUS.

Color huic rufeſcit undique; thorax globoſus, antennæ corpore longiores. Habitat in America.

121. CARDINALIS.

Pulcherrimo colore coccineo nitet ille: thorax ſubgloboſus tuberculos mammiformes oſtendit, elytra pulcherrime nitent, caput, abdomen, pedes antennæ nigra. Habitat in Germania & Belgio.

122. CARDINALIS. *Mas.*

Simillimus præcedenti, ſed dimidio minor, ſuturaque elytrorum nigra: forſan Mas.

123. EPISCOPUS.

Undique azureo violaceus: caput ei parvum, thorax globoſus, elytra thorace latiora, poſtice ſubemarginata, pedes obſcure azurei, antennæ pallidæ corpore breviores. Habitat in Flandria.

124. QUADRIMACULA.

Caput habet cæteris craſſius, maxillis validis ſanguineum, macula nigra in vertice collari nigro annectitur thoraci globoſo capiti concolori, macula atra notatur ſat magna, elytra aurantia maculis duabus rotundis: abdomen, pedes, & corpore longiores antennæ atra. Habitat in India. Ex muſeo D. Rengers. L. B.

125. PLUMIFER.

Inter rariſſimos referendus hicce ſingularis Cerambyx. Caput ei nigrum, parvum, thorax conicus longiuſculus flavus, in medio faſcia nigra, a capite ad ſcutellum ducta, humeris flavis, elytra nigra, faſcia lata alba ad altitudinem pedum poſticorum, antennarum primus articulus clavatus, ſecundus in fine ſpina ad articulum perpendiculari ſatis longa armatus, tertius gerit globum quaſi, ex pilis primo nigris dein flavis: hujus globi diameter latitudinem elytrorum & longitudinem thoracis ſuperat. Habitat in America Meridionali.

129. FUSCUS.

Totus quantus ferrugineo fuſcus, thorace globoſo, oculis nigris, antennis brevioribus. Habitat in America.

QUARTA FAMILIA.

Thorax glaber.
Elytra apice spinosa.

127. SPINIFER. Tab. XXIV.

SPECIOSUS hicce Orientalis Indiæ incola caput habet nigrum lineis albis pictum: thorax niger est lineis duabus lateralibus albis; elytra speciosa azurea, purpureo nitentia, postice plana abeunt in spinas tres, color azureus elevatur maculis sex niveis in quoque elytro: antennarum articuli subspinosi nigri; pedes & abdomen atro pinguntur colore. Habitat in India. Ex museo D. van Hoey.

128. SPINIFER. *Femina.*

Habitu & colore adeo affinis præcedenti, ut non dubitem, quin solummodo sexus differentia sit. Maculæ tantum tres in elytro, & spinæ apicum duæ, nec antennarum articuli spinosi. Habitat cum præcedente.

129. LUGUBRIS.

Magnus ille Cerambyx caput & thoracem habet atrum; caput thoraci duplici collari affixum: elytra fusca abeunt in apices spinosos quatuor, pedes validi fusci, antennæ breves nigræ. Habitat in Germania.

130. ERYTHROPHTHALMOS.

Magnitudine *ædilis*. Oculos habet magnos rubros, thoracem cylindricum nigro viridem lineis quatuor pallidioribus; elytra rugosa nigro viridia, in duos apices abeuntia: antennas nigras gerit corpore longiores, femora lutea. Ubi habitet; mihi latet.

131. ARMATUS.

Oblongus, undique griseus, capite magno donatur, thorax oblonge rotundus, elytra basi latiora abeunt in apices validos, & in superficie lineolis nigricantibus picta. Antennarum articuli abeunt in spinulas parvas, antennæ corpore longiores. Habitat in America.

132. FLAVIMACULA.

Parvus ille, colore undique fusco, capite flavo, thorace lineis flavis: ely-

tra maculis flavis inter se coëuntibus, antennæ flavæ corporis longitudine. Habitat in America.

133. PLUMIPES.

Singularis hæcce bestiola. Caput & thorax cylindrica; elytra, basi angustata, sensim latiora evadunt, & tandem desinunt tribus argutis spinulis, femora clavata, posteriora longissima, initio tenuissima, sensim crassescunt, tibiæ tenuissimæ ad medium fasciculo notabili pilorum hirtæ, atque plumosæ; pedes plumosi plumulis tenuissimis, color undique ater. Habitat in Antigoa.

QUINTA FAMILIA.

LATIDORSUALIS. Tab. xxv.

134. JÖTA SURINAMENSIS.

TOTUS ille nigro fuscus. In quoque elytro macula ferruginea, ı Græcum mentiens. Surinami satis vulgaris.

135. LATIDORSUM NIGRUM SURINAMENSE.

Similis hic priori, sed spinis duabus ad finem thoracis armatus: totus niger. Habitat Surinami.

SEXTA FAMILIA.

Distinguitur hæc familia a præcedente antennis, utpote constantibus ex articulis latis, serratis.
Cæteri characteres omnes iidem, qui in Cerambycibus.

136. CERAMBYX SERRATUS AMERICANUS.

PULCHRE atro nitet hicce, & fasciam transversalem pulchram aurantiam in elytris gerit: antennæ serratæ, crassæ. Haud vulgaris in America.

137. CE-

137. CERAMBYX BISERRATUS.

Forſan ille mas aut femina præcedentis, niſi ex plagis Americes differentibus advehatur. Capricornus ille habet antennas utrimque ſerratas. Faſcia aurantia pallidior; cæterum totus ater, ut præcedens. Habitat in America.

GENUS TERTIUM.

STENOCORUS.

Oculi pone antennas poſiti.
Antennæ ad apicem decreſcentes.
Elytra ad finem anguſtiora, & quaſi amputata.

PRIMA FAMILIA.

GENUS hoc in multis convenit cum Cerambyce, ſed caput & thorax alius figuræ, maximum vero diſcrimen conſiſtit in oculis rotundis pone antennas poſitis, quum hi in capricornis irregulares ſint, & maxima parte antennarum baſes ambiant.

1. CEPHALOTES.

Stenocorus ille caput craſſum habet pro ratione corporis, & pedibus validis inſtruitur: elytra argute coſtata: totum animal ex nigro flavoque varium. Habitat in America.

2. CEPHALOTES MINOR.

Multum cum præcedente commune habet, ſed multo minor, & maculæ flavæ multo argutiores, quam in præcedente.

3. STENOCORUS VARIUS.

Caput & thorax hujus Stenocori nigra; cæterum ex rufo, nigro alboque varius, qualem figura monſtrat. Rarus ex Indiis Occidentalibus nobis advehitur.

4. STENOCORUS STRIATUS.

Aeque rarus ac pulcher ille. Antennæ longæ, & pedes ſunt rubro fuſca.

Caput & thorax pulchre virescunt. Elytra viridia; sed in medio & ad marginem stria rubra in quoque elytro.

5. STENOCORUS BELGA MAJOR. Tab. XXVI.

Maximus inter Stenocoros nostrates, undique niger, exceptis elytris, quæ flava nigro maculata, uti in Figura.

SECUNDA FAMILIA.

THORACE INERMI.

6. STENOCORUS BELGA FLAVUS.

NULLUS in Belgio magis communis. Caput, thorax & antennæ nigra, cæterum luteus.

7. STENOCORUS BELGA MINOR.

In multis cum Stenocoro majore convenit; differunt tamen maculæ, nec thorax spinosus. In Belgii quercubus sæpius invenitur.

8. STENOCORUS GERMANIÆ.

Antennæ, caput, thorax & pedes nigro colore tinguntur: elytra vero amœne varia, nec verbis exprimenda: videatur itaque Figura. Habitat in Germania.

9. STENOCORUS HOLLANDICUS NIGER.

Totus ille ater.

10. STENOCORUS BRABANTINUS.

Antennæ pedesque rufo fusca: caput, thorax & elytra ex flavo, nigro & aliquantum rufo fusco varia; uti Figura ostendit. Ex Brabantia Belgica.

11. STENOCORUS MAJOR PUNCTATUS.

Pedes, caput & thorax nigrescunt: elytra flava, lævia: maculæ duæ magnæ atræ quodque ornant elytron. Raro obvenit. Unde sit nescio.

12. STE-

12. STENOCORUS PARVUS PUNCTATUS.

Multo minor præcedente. Colores iidem, sed differunt maculæ. Haud vulgare animal; domicilium latet.

13. STENOCORUS VIRIDIS. TAB. XXVII.

Totus flavo viridis, rarus.

14. STENOCORUS FLAVUS MINOR HOLLANDICUS.

In multis cum majore N°. VI convenit, non adeo flavus tamen. Elytra multo molliora, apicibus atris.

GENUS QUARTUM.

ARUNDINARII.

Antennæ oculique, ut in Stenocoris.
Elytra haud truncata.
Femora postica spina instructa.

STRUCTURA pedum ex quatuor tarsis constantium, & antennarum ex undecim articulis constructarum primæ speciei ad literas **A** & B cernitur. Tarsi pedum hic a superiore parte spectandi, plus minusve convexi inferne plani, & rigidis asperisque setulis dense obsiti. Ungues duo ad finem unguiculæ magis transversales, quam in aliis Scarabæis, & inde summi Numinis Providentia elucescit, quum arundo, in aquis crescens, iis pabulum sit, ex qua ventis dejicerentur, & in aqua submergerentur, nisi setulis pedum, & incurvis transversalibus unguibus arundinem amplecterentur, adeo ut vix inde divelli possint.

1. ARUNDINARIUS NITENS.

In Hollandia vulgaris: maxime nitet, immo alii æris fulgentis instar, alii instar viridis æris: non minus magnitudine variant. Mares vulgo femellis triplo minores. Lente conspecti elytra variis characteribus picti videntur, seriatim in elytris dispositis, & Iridis colores mentientibus. Caput & antennæ magis pallescunt, nec adeo nitent, quam thorax dorsumve. Tarsi pedum nigri.

2. ARUN-



A. C. Filler sculpturam colorumque naturarum imitationem circavit. Norimbergae.

G. P. Trumbia, f.


4

6


5.

7



8



9



10



11



G.D. Tab.


A
B
C
D
2
3
4
5


6
7
8
9
10


11


12

13


14


15


16

17

18

19

20


21


22

23

24


25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36


37


38


39
40
41
42
43


44


45


46

47

48


49 A


49 B

51

52

53

55

54


50



Val. Bischoff sculpsit. et ad pict. prototyp. Norimb.


60
61
62
63.
64.
65.

66.

67.


69.


68.


70.



J. A. Eichmann.



I. A. Eglmann G.

J. A. Sleumann



L. A. Cyermann sculps.

J. A. Cramann fecit



I. A. Cylenmiers.







I. A. Eisenmann, sculp.





I A Fisenmann, fc

134



135

136

137

I

II

III

IV



L.A. Eysenmann fe

V

VI



VII

VIII

IX

X

XI



XII

I.A. Eisenmann sc.

XIII

XIV

1

A

B

2

3

A

4

I

II

III

I. A. Eginmann. ?